* *D. Cramerus in Arbore Hæreticorum p. m.* 175. De Priscillianistis: illi ipsum corpus, (inquit,) secundùm duodecim signa cœli esse compositum dicebant: constituentes enim in capite Arietem, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, &c. pedibus pisces, &c. Quam divisionem moderni Astrologi hisce Hæreticis acceptam referant monendi sunt.

*Stanislaus Minck* von Weunschein *de arte Reminiscentia, p. m.* 111.

Sicque *Aries* capiti: *Taurus* cervicibus hæret:
Brachia sub *Geminis*: censentur pectora *Cancro*:
Te scapulæ *Nemæe* vocant: teque Ilia *Virgo*:
*Libra* colit clunes: & *Scorpius* inguine regnat:
Et femur *Arcitenens*: genua & *Capricornus* amavit:
Cruraque defendit *Iuvenis*: vestigia *Pisces*.

## XVI. Vide ipsas chartas.